

XI. 1^f a.

(cat. 4, 22-33^b)

HISTORIAM
DISPVTATIONIS LIPSIENSIS

A. CICCI XI. INSTITVTAE
ALIQVATENVS SVPPLET

ET AD

MEMORIAM
VIRI NOBILISSIMI
DOMINI
IOHANNIS GRAFII

MERCATORIS LIPSIENSIS
SOLENTISSIMI

FVTVRO SATVRNI D. IV. APRIL. HOR. IX.

DVABVS ORATIONIBVS

IN
AVDITORIO PHILOSOPHICO

SOLEMNITER RECOLENDAM

HVMANISSIME INVITAT

IOANNES ERHARDVS KAPPIVS
ORD. PHILOS. H. T. DECANVS.

15

HISTORIA
CATATONIS ET
A C O S I M E T R A
E D O T A N A S A U T H O R
DATE
MEMORIA
VITAE MORTUARIAE
DOPTRINAE
I OHANNIS GRAFI
M ERGATORIS INTELLIGIBILIA
S O C I E TATIS
H A Y D E A U F T H E O D O R U M
P ATRAS ORATIONES
I N
A D D I C T O R I O T H E O S O P H I O
S O C I E TATIS E C C L E S I A
I OHANNIS ERICHSONI
O C T O B R I O



tamus ergo promissis nuperime factis, a) et, dum binas orationes, quibus memoria IOHANNIS GRAFII, Lipsiensis, hoc anno reformationis Lipsiensis Iubilaeo secundo, recolitur, hac scriptione indicimus: symbolam aliquam historiae instauracionis sacrorum illustrandae conferre ag-
gredimur. Neque vero in praefenti celebrem
illam disputationem, A. c. 1099. inter *Ioannem Eccium*, Procancellarium Ingolstadiensem, et *Andream Carolostadium*, *Martinumque Lutherum*, Professores Vittebergenses, hic institutam, siccò pla-
ne pede transire possumus. Optauit olim Vir Perillustris, VI-
TVS LVDOVICVS a SECKENDORF, b) vt Acta hu-
ius Disputationis singulari libro describerentur. Huic voto, no-
stra opinione, nemo melius satisfecit eminenti Ecclesiae nostrae
Theologo, VALENTINO ERNESTO LOESCHERO, de his-
toria Reformationis immortaliter quoque promerito, T. III. Do-
cumentorum Reformationis a pag. 203-820, post cuius uberrimam
messem spicilegium hic instituemus. Communicamus primo Fa-
cultatis Theologicae Lipsiensis testimonium *Ioanni Eccio*, die vi-
gesimo quinto, c) mensis Iulii A. 1099. datum, in quo eum *egre-
giun*, *clarissimum virum*, *intrepidum*, *strenuum pugilem*, *in omnem
partem armatum*, *mira memoriae retinentia insignem*, eius exi-
miam scripturarum peritiam et virilem modestiam laudat; *Caro-
lostadum tamen et Lutherum egregios et eximos viros*, *Lutherum* etiam *Reuerendum patrem* vocat. Hoc magnificum Facul-
tatis Theologicae testimonium *Ioannis Vdalrichi Schulberr* vel
Schulberr de Buoch, Monachi Benedictini in Monasterio Diti
Emmerami Ratisbonensi, et *Ioanni Eccio a Ioanne Fabro*, Vicario

* 2

Gene-

a) In Programmate, nuperae renunciationi Magistrorum a nobis praemiso: *dere-
ligionis ante ducentos annos in Saxonia et Mijnia statu p. XIII.*

b) In Histor. Lutheranissi L. I. p. 73;

c) In SECKENDORFI Histor. Lutheranissi Lib. I. p. 76. hoc testimonium d.
5. Iulii datum esse affirmatur, sed errore operarum illud factum fuisse arbitror.
Disputatio enim non nisi d. XVI, Iulii finita fuit.

IV

Generali Constantiensi, ad colloquium Lipsiense, dati comitis, verissimae de Lipsica disputatione Epistolae Exegeticæ aduersus fratris, Matthaei Hiscoldi, Epistolam A. cruxix. 4to publicatae adiectum est, ex qua illud repetemus :

Theologice facultatis felicis Lipsensis studii Epistola, Magno Germanie theologo, Ioanni Eckio, pro testimonio disputationis data.

Vniuersis et singulis sancte matris ecclesie filiis, quorumcumque statum, dignitatum et preminentiarum titulis effulgeant, presentes nostras patentes literas vñsüris, leđuris seu audituris, Nos Mattheus Heinigk, Haynenensis, Artium et sacre Theologie Professor, Collegii majoris studii Lipsensis, Merschburgensis dioecesis, collegiatus, vicedecanus, ceterique magistri et professores facultatis theologicæ dicti studii Lipsensis salutem in domino ac firmam plenamque noticiam omnium et singulorum infra scriptorum. Cum naturalis equitatis horatu et diuine legis preceptione quique hominum fides sese veritati testes exhibere suadeantur et iubeantur, multoque propensiiores in hoc munere diuinorum eloquiorum disquistores, et omni cura quesite et cognite veritatis declamatores esse debeant, ut hanc sincero testimonio, nullis corrupti odiis, nullis adducti fauoribus, nullo denique reprehensibili conatu prefraicti, edisserant. Hauc ob rem omnibus a nobis visis, auditis et cognitis, attestamur, in ardue disputationis serie, egregium, clarissimum d) virum dominum Ioannem Eckium, Artium Decretorum et Theologie doctorem, Canonicum Aichstetensem ac procancellarium Ingolstattersam etc. contra egregios et eximios viros et dominos, Andream Bodenstein Carolostadium, et reuerendum patrem, Martinum Luther, Augustinianum, sacre theologie Wittenbergensis studii professores, in nostra Lipsensi Academia suscepimus, pro veritatis orthodoxe fidei, secundum prestitutas virique ex constituto conclusiones, tuitione, statuto tempore intrepidum se obtulisse, intraque Lipsica menia vigesimo secundo Iunii adfuisse, et eiusdem Mensis

d) Anonymus Ingolstadiensis addit. et. doffissum.

Mensis vigesimo septimo die in arenam, leto animo et hilari vultu descendisse, in capacissima ducalis arcis aula, ad hoc egregie instrueta, strenuum pugilem in omnem partem armatum gessisse, mira memorie retinentia insignem, multa aduerso partis obiecta eodem, quo edebantur, ordine recensuisse, nodosque retexuisse, suas vero sententias eximia scripturarum peritia fretum confirmasse, non leuisib[us] sibi[us] tendiculis nixum, aut vanis verborum sumis instructum egisse, disputandi denique legem per illusfrissimi principis nostri et domini domini Georgii, Saxonie ducis, presidis provincie Thuringie et Marchionis Misnie etc. Consiliarios et viuenteritatis nostre maiores, prescriptam secutum, virili modestia in omnibus actu apparuisse, ad omnia verborum vota morigerum. hec, ut premissimus, testamur. In cuius rei fidem et e) testimonium presentes nostras patentes literas sigillo facultatis nostre theologicae iussimus et fecimus appensione communiri. Date Lipz: vigesimo quinto die mensis Iulii Anno millesimo quingentesimo decimo nono.

Obseruanit etiam Vir Venerandus, ELIAS FRICKIVS, in Germanica Seckendorfiana Lutheranismi Historiae conuersione p. 212. hoc testimonium Petri Mosellani et Iohannis Langii Orationibus, occasione disputationis Lipsiensis, hic loci habitis, vna cum binis Erasmi Rotterodami ad Mosellanum et Lutherum Epistolis, Augustae Vindelicorum hoc anno 1599. excusis additum fuisse. Obseruamus vero etiam nos, hoc Facultatis Theologicae testimonium ab Anonymo quodam Romano-Catholico, et quidem aequalis aei historico, Annalibus Reformationis, vsque ad annum 1599. prescriptis, fuisse illatum. Vocatur hic Anonymus ab ERNESTO SALOMONE CYPRIANO in Historia Confess. Augustanae passim Anonymius Ingolstadianus, cuius Annales sub hoc titulo prodierunt: Historica Relatio de Ortu et Progressu Haeresum in Germania, praesertim vero Augustae Vindelicorum, ex antiquis Annalibus MSS. cuiusdam Contemporanei fideliter descripta, et nunc publici iuris facta Anno 1654. Cum Facul-

* 3

e) Idem habet et evidens.

VI

Facultate Superiorum. Ingolstadii typis Georgii Haenlin Anno MDCLIV. 4. P. 2. habetur hoc testimonium Facultatis Theologicae Lipsiensis, cui haec ibidem ab Anonymo fuerunt praemissa: „D. „Ioannes Egk, Theologus, Rector Vniuersitatis Ingolstadiensis, „Lipsiae cum Lutherò publice disputauit coram Notariis et testi- „bus Ducis Georgii Saxonie Consiliarii, atque tota Vniuersitate, „de potestate clauium ac aliorum plurimorum errorum. Fuitque „ab Egkio Wiclephista et Huffita nominatus. Disputatione fini- „ta, disputata ac narrata omnia sigillo Principis Georgii munita „fuerunt, et ad Gymnasium Parisiense missa pro sententia ferenda. „Parisienses autem, post maturam examinationem, dederunt senten- „tiam contra Lutherum, tamquam haereticum, et quod Egkius „optime de fide Christiana sensisset., Nolumus hanc relationem sub incudem examinis reuocare, sed illud animaduertimus, Gym- nasi Parisiensis sententiam de disputatione Lipsiensi, si eam tulit, de quo quidem valde dubitamus, certe non extare typis exscri- ptam. Hoc autem manifestum est, Facultatem Theologicanam Pa- risiensem de doctrina Lutheri generatim, non autem speciatim de disputatione Lipsiensi pronuntiasse, et CAROLVM DV PLES- SIS D'ARGENTRE, Doctorem Sorbonicum, et Episcopum Tutelemsem T. I. f) Collectionis Iudiciorum de nouis erroribus p. 365-74. determinationem Theologicae Facultatis Parisiensis super doctrinam Lutheranam, post antiquas editiones, separatim excu- fas, g) indidisse d. XV. April. A. ccccxxxi. subscriptam. Idem Do- tor Sorbonicus refert T. II. p. 1. Fridericum, Saxonum Ducem, A. ccccxxx. ad Vniuersitatem Parisiensem scripsisse, eamque confu- luisse, utrum approbandas, an reprobandas Lutheri conclusiones cen- seret. Has Friderici litteras Natalem Bedam, Facultatis Theo- logicae Syndicum, d. II. Maii ad Vniuersitatem et Faculta- tem Theologicanam detulisse, cuius determinatio ex autographo Bedae Syndici p. 2. T. II. huius Collectionis denuo exhibe- tur.

f) Prodiit Luteriae Parisiorum A. ccccxxxviii. fol.

g) Recenset eas i. A. FABRICIUS in Centifolio Lutherano P. II. p. 724.

tur. Sed falsus sine dubio est Doctor Sorbonicus , dum Ducem Saxoniae, qui Vniuersitatem Parisensem tunc consuluit, bis *Fridericum* vocat, qui sine controuersia Dux *Georgius* fuit. Hunc enim, non *Fridericum* Electorem, ad eam scripsisse, satis superque constat. IOANNES LAVNOIVS in libro de scholis celebrioribus p. 277. edit *Fabric.* mentionem etiam facit litterarum Ducis Saxoniae, sed idem tamē Ducem haud nominauit, hoc tamen retulit, has litteras d. II. Martii A. c*cc*l*xx*. in congregatione Vniuersitatis primum propositas, sed decretum fuisse: nullas litteras responsorias dari d*icitu*s Duci Saxoniae , aut cuiuis alteri, nisi prius habito super his consilio a quatuor Facultatibus. T. I. collectionis Plessiaca p. 408. A. c*cc*l*x**x**x**ii*. praeter *Philippi Melanchthonis* librum , qui inscribitur: *Aduersus famosum Parisensem Theologastrorum decretum, condemnatur eius Epistola de Theologica disputatione Lipsica*, et reiicitur p. 410. quia manifeste Lutheru suffragatur, et exempli loco haec Melanchthonis proposicio adducitur: *in Martino longo iam usu familiariter mibi cognito sincerum et purum Christianum animum non possum non deamare.* Habetur etiam T. II. horum iudiciorum Conclusio Facultatis Theologicae Parisiensis d.VI.Octob.A. c*cc*l*x**x**x**ii*. facta, qua libros, *Philippi Melanchthonis* nomine inscriptos, qui fidem concernunt, et expositionem sacrae Scripturae, perniciosos iudicat, et prorsus extirpandos, seu igni addicendos, inter quos denuo eius *Epistola de disputatione Lipsica* nominatur, adeo ingrata illa Theologis Parisensibus fuit. Plura huic facientia in Parisensibus illis monumentis nunc haud occurrerunt, hoc tamen ex MSTo quodam nobis innotuit, Celsissimum Saxonie Ducem, *Georgium A. c*cc*l*x**xxxi*.* Academiae Lipsiensi mandasse, ut copiam disputationis Lipsiensis, per Notarium et testes auscultatae *D. Ioanni Eckio* transmitteret. Suscepit hanc operam *Franciscus Richter*, Haenichenis, tunc temporis Vniuersitatis Lipsiensis Notarius publicus, disputationem totam transcripsit, et *Hieronymo Walthero*, cui haec res a Principe demandata fuerat, tradidit, a *Ioanne Eckio*, ex voluntate Ducis, reddendam, sed certe nun-

VIII

nunquam restitutam. Hic Hieronymus Waltherus magna Ducas Georgii gratia floruit, at Euangelicis inuisus fuit, a Petro Gengenbachio Iudas proditor vocatus. h) Eidem quoque Walthero A. c. 1500XXIII. sermones Ioannis Koefsi, Licentiati, subita morte inter concionandum correpti, iussu Ducas Georgii, ab Academia fuerunt traditi, Officialis Martisburgensis inhibitione, ne quis se in bona Licentiati Koefsi, sine testamento vita functi, intromitteret, et de illis disponere praesumeret, sub excommunicationis et centum florinorum poenis, plane contenta. Dabimus plura alio tempore. Nunc alias ciuis Lipsiensis et praeclare meriti, IOANNIS GRAFII, mercatoris quondam huius urbis celeberrimi, munificentia est laudanda, vtpote qui duo opima legauit stipendia, alterum quidem Theologiae, alterum vero Iurisprudentiae Cultori conferendum. Priore nunc fruitur Iuuenis Nobilissimus et Doctissimus CHRISTIANVS MICHAEL PECKIVS, Misnenensis, SS. Theologiae Studiosus, qui orationem de censu Iure Naturae licito recitat; posteriore autem Iuuenis Nobilissimus et Doctissimus, IOANNES CHRISTIANVS GOETZIVS, Lipsiensis, I.V.C. qui de salute Reipublicae ex nexus diuersorum ordinum consequenda perorabit. Ad has orationes vero audiendas RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, et FLORENTISSIMOS ACADEMIAE CIVES, eaqua pars humanitate, inuitamus, non dubitantes, quin sua praefentia sint comprobatur, quam sancta sit ipsis IOANNIS GRAFII memoria, tam munifici tamque rari exempli litterarum Patroni. P. P. Feria I. Pasch. A. R. G. c. 1500XXXIX.

b) In Spicilegio nostro Documentorum Reformationis P. IV. p. 592.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



Yc6769



3

56.

Retro ✓ 9.1.01

N.C.

VDT

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



HISTORIAM DISPVTACTIONIS LIPSIENSIS

A. CIC CI XIX. INSTITVTAE
ALIQVATENVS SVPPLET

ET AD
MEMORIAM
VIRI NOBILISSIMI
DOMINI
IOHANNIS GRAFII
MERCATORIS LIPSIENSIS
SOLENTISSIMI
FVTVR SATVRNI D. IV. APRIL. HOR. IX.

DVABVS ORATIONIBVS

IN
AVDITORIO PHILOSOPHICO
SOLEMNITER RECOLENDAM

HUMANISSIME INVITAT

IOANNES ERHARDVS KAPPIVS
ORD. PHILOS. H. T. DECANVS.